

quod specie super Apoftoles. Si vero effectus, ad quem mit-
titur invisibilis fit, erit missio invisibilis; & talis est missio
utriusque, dum per dona, & gratiam homines interius iustifi-
cant: Filius quidem, tamquam iustificatiois auctor, Spiritus
autem tamquam iustificatiois indicium. Et de hoc missione
locutus est Augustinus lib. 4. de Trinitate, cap. 20. Cum loquens
de sapientia eterna: Sed aliter (inquit) mittitur ut sit cum
homine (hoc enim prius fecerat; in animas sanctas invisibili-
ter se transferendo) aliter missa est, ut ipsa sit homo (nimi-
rum carnem humanam visibiliter sumendo) Plura de utraque
doctrina S. Th. citata g. 43. a. 5. g. 6. 7.

QUESTIO V.

De Persona Filii.

DE Persona Patris ejuque characteribus nihil disputatione
dignum occurrit. Qui tamen de ea plura scire cupit,
adeat D. Th. 1. p. q. 33. De Persona autem Filii, de qua agit
g. 35. sequente, cum plura in antedictis disputata sint, brevem
questionem instituemus.

QUESTIONI

De propriis Secunda Persona characteribus.

S. I.

De nomine Verbi.

I. VARIIS nominibus Secunda Persona divina nuncupatur,
nempe: Filius Dei, Verbum, Imago, Idea, Principium,
Sapientia, Lux, Candel lucis eterna, Figura Substantia Dei,
Character, Speculum, Veritas. Hæc enumerat S. Ambrosius
lib. 2. de Trinitate. Unde querimus, an omnia sint secunde
Personæ propria, et personalia, an vero nomina in se omnibus
Personis communia, & solum Secunde appropriata. De no-
mine Filii, esse personale, et proprium ejus, constat ex di-
ctis: aliqua esse communia, & solum ei appropriata, ut Lux,
Idea, Principium, Sapientia, Veritas &c. explorandum est.
Quæstio restringitur ad nomina Verbum, Imago, Character,
Figura, Substantia. De nomine Verbi S. præcedenti agatur.

II. Verbum manifestius, & communius in nobis dicitur,
quod voce profertur, & quod ab interiori procedit: hoc autem
dico importat, nimirum vocem ipsam, & significationem
vocis, Vox enim, quæ non est significatio verbum dicit non
potest, quia ex hoc dicitur Verbum vox exterior, quia signifi-
cat interiorum mentis conceptum. Hæc autem mentis conce-
ptus, quem intelligens intra se dicit, & format, quasi sibi
loquens, ad quod exterior exprimentum utitur voce significantes,
est vere, ac proprie Verbum, quod in Deo datur, quodque
ab æterno produxit intra se. Ita ex D. Th. g. 34. cit. art. 1.

III. Mitto aliam minus propriam significationem, qua
verbum dicitur etiam id, quod verbo significatur, vel efficitur;
sicut consuevit dicere, hoc est verbum, quod dixi tibi,
vel quod mandavit Rex, demonstrato aliquo facto, quod verbo
significatum est, vel simpliciter enuntians, vel etiam im-
perans. Ita D. Th. loco allato, Unde Luca 2. v. 15. Pa-
tores ajunt: Vir-annus hoc verbum, quod factum est, quod
Dominus ostendit nobis.

IV. Circa Verbum in Deo ponendum varii fuerunt erro-
res. Alogi hoc est sine Verbo respuebant a Deo appellationem
Verbi, eo quod, aiebant. Filius Dei nec ore, nec mente fit
pronuntians: quocirca rejiciebant omnia scripta S. Joannis,
quod in eis Verbi divini fieret mentio. Ita S. August. lib.
de heres. cap. 30.

Paulus vero Simofatenus, teste S. Epiphano heres. 65. as-
sererebat, Verbum divinum non esse substantiam, sed prolaticum,
& transitorium. Hoc ipsum asseruisse videtur Arius, & Eu-
nomius existimantes, omne verbum esse prolaticum vocis: unde
plura Verba a Deo prolata fuisse Arius in sua Thesia ef-
futebat, dicens (ut narrat S. Athanasius de Decretis Nicæne
Synodi multa, inquit, Verba loquutus Deus. Quæ ergo ho-
minum Verbum Dei est Verbum unigenitum Patris effuditur? Alii
tamen Arii gregales duo in Deo distinguebant Verba: unum
existens in Deo, quod est ejus sapientia a Persona Patris indi-
stincta; alterum extraneum a Patris substantia, de quo dicebant,
locutum fuisse S. Joannem, cum ait: In principio erat Verbum.

Contra hos D. Th. hac d. 34. a. 1. ad primum arguit. sic.
Datur per vos Verbum exterius a Deo prolatum; ergo datur
in Deo Verbum interius productum. Consequenter probatur. Nam
Verbum exterius profertur ad significandum, & manifestandum
verbum interius mente conceptum, & dictum: ergo si datur
Verbum exterius a Deo prolatum, datur in Deo verbum inter-
ius productum.

V. Dico ergo primo. Nomen Verbi in Deo est nomen per-
sonale solum secunde Personæ proprium. Ita D. Th. g. 34.
citata a. 1. & 2. Prima pars probatur a S. Th. Verbum proprie
tale significat aliquid ab alio procedens: Sed nomen signifi-
cans aliquid ab alio procedens est in divinis nomen per-
sonale, cum Personæ distinguantur secundum origines; ergo
&c. Unde S. Aug. lib. 7. de Trinitate, c. 2. apud D. Th. hoc a.
1. ait: sicut Filius refertur ad Patrem: ita & Verbum ad id,
cujus est Verbum. Sed Filius est nomen personale, quia rela-
tive dicitur; ergo & Verbum.

Secunda pars probatur ab eodem sic. Cum verbum sit no-

men personale, illius Personæ proprium erit, quæ procedit
per emanationem, seu actionem intellectus, cuius parvus est
Verbum: atqui sola secunda Persona nempe Filius, quæ procedit
ut parvus intellectus, qua ratione sola Filii procedit, non dicitur
generari; ergo &c. Hinc in Sacris Litteris nomine Verbi
solum Filius exprimitur.

VI. Dices primo contra primam partem. S. Aug. l. 9. de
Trinitate, c. 10. ait: Verbum est natum cum amore. Et S. Anselmus
in Monologio c. 60. dicitur (inquit) Summo Spiritui nihil
aliud est, quam cogitatio intus: Sed notitia, cogitatio, &
intuitus non sunt nomina personalia; ergo nec Verbum.

Respondeo ex D. Th. hac d. 2. ad 2. cum distinctione. Ver-
bum est notitia, cogitatio, intuitus, si per ista intelligatur
actus intellectus cognoscens, cogitans, intuitus, nego: Si
intelligatur id, quod intellectus intra se concipit, & produ-
cit cognoscendo, conc. Id enim, quod intellectus concipit, &
intra se producit cognoscendo (non ipsa cognitio) Verbum est:
& sic sensus verborum Augustini & Anselmi est, quod Verbum
sit notitia, cogitatio &c. id est id, quod per notitiam, cogita-
tionem &c. concipitur, & producitur: quod pacto dicitur non
essentialiter, sed personaliter in Deo. Videtur D. Th. citatus.

VII. Quævis enim omnibus divinis Personis commune sit
cognoscere, solum tamen Personæ Patris convenit formare concep-
tum rei intellectæ: ideoque procedere ut conceptum rein-
tellectæ, prædictum personale est secunde Personæ proprium.
Id acute exponit S. Th. hoc a. 1. ad 3. his verbis: sicut pro-
prio loquendo Verbum dicitur personaliter in divinis, ita, & di-
cere: Unde sicut Verbum non est commune Patri, & Filio, &
Spiritui S. ita non est verum, quod Pater, & Filius, & Spi-
ritus S. fac utrius dicere. Unde Augustinus 7. de Trinitate, c. 1.
dicens: inquit, illo cæteris Verbo non singulari intelligitur in
divinis. Unde diversum est intelligere, ac dicere. Non intel-
ligere importat solum habitudinem intelligentis ad rem intelli-
ctam, in qua nulla ratio originis importatur. . . . Sed dicere
importat principalem habitudinem ad verbum conceptum; nihil
enim est aliud dicere, quam profere verbum.

Addit tamen S. Doctor, quod dicitur convenit cuilibet Persona.
Nam dicitur non solum Verbum, sed res, qua Verbo intelligitur,
aut significatur. Sic ergo soli Persona convenit dici e modo,
quod dicitur Verbum: eo vero modo, quod dicitur res in Verbo
intellecta, cuilibet Persona convenit dici. Pater enim intelligens
se, & Filium, & Spiritum S. & omnia alia, quæ ejus scientis
continentur, concipit Verbum, ut sic tota Trinitas Verbo dicitur,
& etiam omnia creatura. Unde concludit, quod licet sola Per-
sona, quæ profert Verbum sit dicens, & sola Persona pro-
fata sit proprie Verbum; quia tamen singula Personæ divine
sunt hoc Verbo intellectæ, & representatæ, singulae sunt hoc
Verbo dictæ. Videmus D. Th. a. 2. sequente ad 4. q. 9. de
Potestate a. 9. ad 2. & 1. p. q. 27. a. 1. in corp.

VIII. Dices secundo etiam contra secundam partem. Filius
est Persona subsistens in Divinis: sed Verbum non significat
rem subsistentem, ut in nobis patet: ergo non est nomen per-
sonale proprium Filii.

Confirmatur. Verbum prolatione quadam procedit a dicen-
te: si ergo Filius est proprie Verbum non procedit a Patre
nisi per modum prolationis, quod fuit hæresis Valentini; ut
patet ex Augustin. in lib. de heres. cap. 11.

IX. Respondetur ex D. Th. hic art. 2. ad 1. quod in nobis
non est idem esse, & intelligere; unde illud, quod habet in nobis
esse intelligibile non pertinet ad naturam nostram: Sed esse
Dei est ipsum ejus intelligere. Unde Verbum Dei non est aliquid
accidens in ipso, vel effectus ejus, sed pertinet ad ipsam natu-
ram ejus: & ideo oportet, quod sit aliquid subsistens, quia quid-
quid est, in natura Dei subsistit. Et ideo Damascenus lib. 1.
de orth. fid. c. 18. dicit: quod Verbum Dei est substantiale, & in
hypostasi ens, reliqua veto verba, scilicet nostra, virtutes
sunt anime.

Hinc observandum, Verbum divinum in aliquibus conven-
nere cum nostro, in aliquibus vero disconvenire. Convenit
primo, quod sicut verbum nostrum procedit a mente, & syn-
time manet in illa: ita Verbum divinum procedit a Patre,
& illi manet intimum. Secundo, quod sicut mens nostra abs-
que ulla sui latione, divisione, aut diminutione producit ver-
bum ita & Pater verbum suum producit. Tertio, sicut ver-
bum nostrum est perfecta mens imago: ita Verbum divinum
est perfecta imago Patris. Quarto, quod sicut mens in suo
verbo, & se, & alia videt: ita & Pater divinus in suo.

Disconvenit tamen primo. Quod verbum humanum est ac-
cidens, divinum substantia. Secundo: Quod illud non est
menti eorum, sed modo oritur, modo occidit: istud est
Patri coeternum, & immutabile. Tertio: illud non est
unum tantum, sed pro rerum, quas intelligimus, diversita-
te diversum; illud est unum tantum, quia sicut Pater uno
actu omnia intelligit, ita uno Verbo omnia dicit. Quarto: il-
lud ex indigentia producit, ut scilicet in verbo intelligamus;
istud ex abundantia Paternæ cognitionis procedit. Quinto:
Verbum humanum ad rationem filii non pertinet: Divi-
num autem est propriissime Filii.

X. Ad conf. respondeo cum Div. Thom. ibidem ad 2. Quod
non proprie hoc error Valentini est damnatus, quia Filium di-
xit prolatione natum, ut Ariani calumnias habetur: sicut illud
refert lib. 6. de Trinitate, sed proprie varium modum prolationis
quem possit, sicut patet per Augustinum in lib. de heresibus
cap. 11. Unde Hieronymus loco relato n. 9. Arianos increpans,
quod sub specie Valentianæ hæresis Nomina prolationis im-
probavit, nativitates Dei ex Deo importavit, ait: Valentianus
enim ridicula quadam & facta commentatus, cum præter Principem
Deum, familiam Deorum, & numerosas acervitatis Personas: in-

viduavit, sicut prolatum Dominum nostrum Jesum Christum
majore oratione voluntatis asseruit. Hinc ergo inane prolatio-
nem. . . . evangelica arguit apostolica Ecclia facta: respicit. . . .
sicut vero nihil aliud, quam unum Deum Patrem, & ex quo omnia
sunt, & unum Dominum nostrum Jesum Christum, per quem
omnia, natum de Deo Deum. Quæ vero fuerit Valentini in-
finita diximus supra q. 2. de unit. Dei dub. 5. §. 1. nu. 5.

XI. Dices tertio. Nomen Verbi tribuitur etiam Spiritui Sancto
a D. Basilio lib. 5. contra Eunom. cap. 11. dicens: Dei
quodam Verbum Filium est: Filii autem Verbum, Spiritus. Quod
probat ex illo ad Hebr. 1. portans omnia Verbo virtutis sus.
Et ad Eph. 6. Gladium Spiritus, quod est Verbum Dei; ergo
non convenit soli Filio.

Respondeo ex Div. Thom. hic art. 2. ad 5. quod Basilius
vocat Spiritum sanctum Verbum Filii improprie, & figurate:
quia Spiritus sanctus manifestat Filium, seu Filii Voluntatem:
qua ratione verbum aliquis dici potest omne, quod est ma-
nifestativum illius. Potest etiam dici Verbum Filii ab effectu,
quem operatur in corde evangelizantium Christum. Unde ait
Math. 10. v. 21. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus
Patris vestri, qui loquitur in vobis. Paulus autem dum
ait: & portans omnia Verbo virtutis sus, sumit Verbum pro ef-
fectu Verbi, nempe pro imperio, quatenus ex effectu virtu-
tis Verbi est, quod omnia consequentur in eis: sicut est,
quod res producantur in esse. Ad Eph. autem vocat Paulus
Verbum Dei gladium Spiritus, sumens Verbum pro Doctrina,
qua tamquam spirituali gladio pugnamus adversus omnes veri-
tatis adversarios.

XII. Quia vero quod Latini vocant verbum, Græci dicunt
logos, quod sermone, & rationem significat, queritur, quod
ex his nominibus melius secunda Persona Filius exprimitur.

Respondet S. August. lib. 83. quest. q. 63. Quod Græce
logos dicitur, latine, & rationem, & verbum significat. Sed hoc
loco Joann. 1. Melius Verbum interpretatur, ut non significetur
locus ad Patrem respectu, sed ad illa etiam, quæ per Verbum
facta sunt operatione potentia. Vis ergo, & operativa proprie-
tas, ut per Filium fiat omnia, quæ faciendi sunt aptius si-
gnificatur nomine Verbi, quam sermone, & rationis, quod
ad solum sermoneantem, & ratiocinantem refertur.

Addo, quod cum sermo pluribus vocibus consistat, minus
aptus est ad significandum Verbum, quod est dictio simplex,
& simplicissimum cognitionis actum, quod Pater illud profert.
Hinc arguendi sunt Erasmus, Calvinus, Beza, quod in pos-
terioribus Latinis, quos ediderunt, Verbi nomen, nomen logos
vortuntur in sermone, dicens: in principio erat sermo.
Quamvis autem Veteres quidam verterint sermone loco Ver-
bi; id aliquando, & quidem raris fecerunt.

S. II.

De nomine Imaginis.

XIII. Divus Thom. 1. par. q. 35. duo querit de nomine
Imaginis in divinis: Unum, an dicitur personaliter;
alterum an sit proprium Filii.

Circa primum, notat art. 1. Ad rationem perfectæ imagi-
nis tria requirit. Primum, quod sit similis. Secundum, quod
sit similis in specie, vel saltem in signo speciei, quod in rebus
corporalibus est figura: unde si depingatur in pariete color
aliquis animalis, non habetur imago speciei illius, nisi
pingatur etiam figura illius. Tertium, non sufficit ad rationem
imaginis similitudo quæcumque etiam in specie, aut figura;
sed ulterius requiritur origo, seu quod sit facta ad similitu-
dinem ejus, cuius est imago: defectus cuius duo ova, est in
specie, & figura similia sine, quia tamen unum ab alio non
oritur, nec unum est factum ad similitudinem alterius ex mo-
do sui productionis, unum non dicitur imago alterius.
Quamvis autem Veteres quidam verterint sermone loco Ver-
bi; id aliquando, & quidem raris fecerunt.

XIV. Dico primo cum S. Doctore, quod nomen imaginis
in divinis est nomen personale. Probo. Ea, quæ processio-
nem sive originem important, in divinis sunt personalia: sed
hoc nomen imago importat originem, seu quod sit procedens,
vel factum, ut sit similitudo alterius: Unde imago dicitur re-
lative, non ad se, teste Augustino lib. 7. de Trinitate, cap. 1.
quod est absurdum quam imaginem ad se dici; nomina autem
relativa in divinis personalia sunt; ergo &c.

Adverte tamen S. Doct. ibi ad 1. quod imago proprie dicitur,
quod procedit ad similitudinem alterius. Illud autem ad cuius
similitudinem aliquid procedit proprie dicitur exemplar, improprie
vero imago. Sic tamen Augustinus (verius Fulgentius lib. de
fide ad Petram cap. 2.) utitur nomine imaginis, cum dicit di-
vinitatem sanctæ Trinitatis esse imaginem, ad quam factus est
homo, sumens nimirum nomen imaginis pro exemplari.

Eadem ratione homo dicitur imago Dei imperfecta tamen,
& analogica: quia imago perfecta debet procedere in similitu-
dinem speciei, vel saltem in signo speciei: homo autem non
sic procedit a Deo. Quare Div. Thom. art. 2. ad 3. imago (in-
quit) aliquid dupliciter in aliquo invenitur. Uno modo in re
ejusdem nature secundum speciem, ut imago Regis invenitur in
filio suo. Alio modo in re alterius nature, sicut imago Regis
invenitur in donario. Primum autem modo Filius est imago Dei:
Secundo autem modo dicitur homo imago Dei. Et ideo ad de-
signandum in homine imperfectionem imaginis homo non solum
dicitur imago, sed ad imaginem, per quod motus quidam ren-
dentes in perfectionem designantur. Sed de Filio Dei non potest
dici, quod sit ad imaginem; quia est perfectus Patris imago.
Hæc Div. Thom. Hinc
Gotti Theolog. Tom. 1.

XV. Dico secundo. Imaginis nomen convenit soli secunde
Personæ SS. Trinitatis, nempe Filio. Ita Div. Thom. hoc art.
2. ubi, quorundam rejectis rationibus, probat sic ex dictis.
De ratione imaginis est, non solum, quod sit similis, sed
quod ex ratione suæ originis habeat, quod procedat ut simi-
lis ei, a quo est: sed filius Filius ita procedit, ut de ratio-
ne ejus characteristica sit, quod procedat, ut similitudo ejus,
a quo est: nam Pater non procedit; Spiritus sanctus vero
procedit quidem, & est etiam similis in natura ei a quo pro-
cedit, sed id non habet ex natura suæ processiois, ut supe-
rius ostensum est; non enim est de ratione amoris, ut pro-
cedat in similitudinem speciei cum eo, a quo procedit, quam-
vis hoc conveniat amoris, in quantum est amor divinus; ergo
&c.

Major probata manet ex dictis, & adhuc auctoritate Augu-
stini roboratur. Is enim lib. 38. qu. qu. 74. Ubi (inquit) equalitas,
continua similitudo, non continua imago: velut in duobus ovis
paribus, quia inest equalitas, inest similitudo: quæcumque enim
adsumus uni, adsumus & alteri; imago tamen non est, quia natu-
ram de altero expressum est. Et lib. imperfect. de Gen. ad litt.
cap. 16. ait: Omnis imago similis est ei, cuius imago est: nec ta-
men omne quod simile est alicui, etiam imago est ejus in specie,
& figura, quia imaginis facta, etiam similes sunt: tamen si al-
ter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici
potest. Imago enim tunc est, cum de altero exprimitur.

XVI. Secundo probatur, Spiritus sanctus nec est Filius Dei;
nec creatura; ergo non est imago: omnis enim imago, vel est
naturalis; & hæc est Filius: vel artificialis; & hæc est creatura.
Confirmat. inter homines solus filius est naturalis imago Pa-
tris; ergo etiam in divinis.

Hinc Scriptura nomen imaginis, soli Filio Dei attribuit, Quis
(ait Paulus 2. Cor. vers. 4.) est imago Dei. Ad Coloss. 1.
v. 15. Imago Dei invisibilis. Ad Hebr. 1. v. 3. Qui cum sine
splendor gloria, & figura substantia ejus: Quibus addi potest,
quod Sap. 7. v. 26. de increata sapientia dicitur: Cauda est
enim lucis æterna, & speculum sine macula Dei majestatis, &
imago beatitudinis illius.

Cumque hoc nomen unquam in Sacris Litteris tribuatur
Spiritui Sancto, bene concludit S. Thomas hoc art. 2. quod
Doctores Latini conformiter Sacre Scripturæ loquuntur, quam
Græci, qui nomen Imaginis etiam Spiritui sancto commu-
nicant.

XVII. Neque juvat (ut refert S. Thom. opusc. 1. cap. 10. ubi
hanc rem pertractat) quod Græci pro se afferant illud Rom.
8. vers. 29. Quos præstitit, & prædestinavit conformes fieri ima-
gini Filii sui. Et illud 1. Cor. 15. vers. 49. Sicut portavimus
imaginem terreni, portemus & imaginem celestis; quibus pu-
tant, imaginis nomine Spiritum sanctum indicari.

Non inquam. Nam utroque loco præst. intelligi, quod be-
nigne conformetur imaginis Filii, vel quod portet imaginem
Christi, in quantum ipsi homines sancti per dona gratiarum, ut
sunt similes Christo præstentur; secundum illud apostoli 2. ad
Corinth. 3. In eisdem imaginem transformantur a claritate in
claritatem, tamquam a Domini Spiritu. Hic enim imaginem
non dicit esse Spiritum Christi. Sed aliquid a Spiritu Dei in
nobis existens. Ita Sanct. Thomas opusc. citato. Qui etiam
dicit, Græcos patres posse benigne exponi: quod nomine
imaginis intelligant, quodcumque ab alio procedens ejus si-
militudinem gerens; non vero habens, quod sit similitudi-
nem gerens ex ipsa suæ originis ratione, quod proprium est
imaginis, & soli Filio convenit.

XVIII. Contra dicta duo obijcit Durandus. Primum. Si Fi-
lius est imago, & similis Patri, vel hoc esset ratione essen-
tiæ, vel ratione relationis: non ratione essentia: quia in hac
est idem cum Patre, non similis. Non ratione relationis: quia
in hac non est similis, sed oppositus Patri.

Alterum est. Si Filius sit imago Patris, erit quoque imago
creaturarum: eo enim est imago Patris, quia representat Pa-
træ, & representat autem etiam creaturas: sed factum est,
quod Filius sit imago creaturarum; ergo &c.

XIX. Respondetur ad primum. Rationem similitudinis posse
unitatem, & distinctionem: unitatem in eo, in quo sunt
similia; & quia similitudo est inter duo, petit distinctionem
inter ea, quæ sunt invicem similia, nimirum subiecta, vel sup-
posita. Dum ergo dicitur Filius est similis Patri, non com-
paratur essentia essentia, ac si alia essentia in Patre fit, alia
in filio, sed persona personæ: non quidem ratione relationis,
sed ratione essentia, quatenus persona Filii est similis; &
imago personæ Patris; quia nedum est unum in essentia cum
Patre, sed eam accipit a Patre, ut sit expressio essentia Pa-
tris. Quod vero essentia eadem in Filio sit ac in Patre, non
obest similitudini, dummodo personæ, quæ dicuntur similes
sint distinctæ; quamvis forma, in qua dicuntur similes, sit
eadem in utraque: immo maxime dicuntur similes; quia cum
similitudo fundatur super unitatem duorum in aliqua forma,
quo majorem ista unitatem habebit, eo majorem fundavit si-
militudinem inter illa duo. Quia (ait Div. Thom. opusc. 1.
cap. 10.) similitudo, & æqualitas Personarum divinarum
non attenditur secundum proprietates personales, sed secundum
attributa essentialia.

Ad alterum, nego maj. Nam Filius sic representat Patrem,
ut etiam a Patre dicitur, & procedat tamquam figura, & ex-
pressio substantia: & ideo est imago ejus. Ad non pro-
cedit, nec dicitur a creaturis: unde non est imago illarum;
sed potius exemplar, ad cuius similitudinem creaturæ produ-
cuntur.

XIX. Contra. Adhuc, si nulla essent creature possibiles, esset omnipotentia, quae modo est, & Verbum procederet, sicut modo. Quis enim diceret, facta impossibili vili creatura, omnipotentiam, & Verbum non fore eisdem perfectionis, sicut modo sunt?

Nego tamen antecedens, & ejus probationem. Neque hinc ullam sequeretur absurdum. Nam si vili creatura fieret impossibilis, hoc esset, quia in omnipotentia defecisset intrinseca virtus contentiva, & productiva illius, & Verbo vis intrinseca representativa illius: omnipotentia autem, & Verbum, cui aliquid intrinsece defecisset, non esset omnipotentia, & Verbum, quae modo sunt.

XX. Neque infers. Ex hoc sequi, omnipotentiam dependere a possibilibus, cum non possit esse sine illis.

Nego enim sequelam. Nam unum relativum quatenus tale nequit esse absque suo correlativo: & tamen quatenus tale non dependet ab illo, cum sit simul natura cum illo. Sequitur ergo solum omnipotentiam esse connexam cum possibilitate creaturarum, sicut prius cum posteriori, & causam eam possibilitate sui effectus: quod ex parte omnipotentiae nullam dependentiam dicit, sed solum ex parte creaturæ, quae necessario ab omnipotentia dependere debet. Sed de hoc jam locuti sumus in Tract. de scientia Dei loco citato.

XXI. Dices tertio. Verbum divinum per se solum procedit ex cognitione illius, quae formaliter constituitur Filius: sed non constituitur Filius per possibilita, sed per essentiam divinam; ergo &c.

Si dicitur, Verbum divinum per se solum quidem procedere ex cognitione essentiae, quae formaliter Filius est, sed comprehensiva. Ex quo autem cognitio, quae Verbum procedit, sit comprehensiva essentiae divinae sequitur, quod debet esse cognitio omnium, quae in illa, & ex vi illius cognoscibilia sunt, & proinde etiam possibilium.

XXII. Infabis. Spiritus Sanctus, etsi procedat ex amore comprehensivo divinae essentiae, adhuc non procedit ex amore possibilium; ergo etsi Verbum procedat ex cognitione comprehensiva divinae essentiae, adhuc non procedit ex cognitione possibilium.

Respondetur, circa possibilita duplicem esse sententiam, ut vidimus tract. de divina voluntate. Unam, quae statuit creaturas possibiles esse amabiles, quam supra amplecti sumus; & in hac sententia negandum est antecedens. Alteram negantem, eas esse a Deo amabiles, & juxta hanc conc. ant. neganda est consequentia: Cum enim creaturae possibiles non sint amabiles, non mirum, si ex amore eorum Spiritus sanctus non procedat. At cum creaturae possibiles sint cognoscibiles, debet Verbum, ex quo procedat per cognitionem comprehensivam, ex cognitione etiam illarum procedere.

S. IV.

Affertio tertia de Creaturis futuris.

XXIII. Deo tertio. Verbum divinum per se non procedit ex cognitione futurorum. Probatur. Ex illius cognitione per se procedit Verbum, quod si auferretur; Verbum non esset eisdem perfectionis, quae modo est: at si in Deo non fuisset cognitio futurorum quae modo est, adhuc Verbum eisdem foret perfectionis, quae modo est; ergo &c. Major patet. Illud enim dicitur principium per se in quarto modo, quod ita exigitur, ut, si non esset tale principium, nec etiam esset id, cuius principium est. Min. vero constat ex D. Anselmo in monol. cap. 30. nunc 32. dicens: siue igitur Deus cogitaret, nulla alia existente creatura, sine alio existentiis, necessarium est, Verbum illius coeternum illi esse cum ipso.

XXIV. Secundo probatur. Cognitio, ex qua Verbum per se, & necessario procedit, est absolute, & simpliciter necessaria, cuius obiectum, vel Deus sit, vel aliquid absolute connexam cum Deo: sed cognitio futurorum est absolute libera, & futura non sunt per se connexa cum Deo; potuit enim absolute Deus esse, etsi Anti-Christus non esset futurus, & in tantum hic est futurus, quia Deus libere voluit, eum futurum esse; ergo &c.

Tertio probatur. Id quod est prius, per se non procedit ab eo, quod est posterius: sed processio Verbi prior est omni decreto libero circa futura, & consequenter omni cognitione futurorum; ergo &c. Min. patet: quia id, a quo non valet consequentia ad aliud, est prius illo subsistendi consequentia; sed non valet: est processio Verbi: ergo est cognitio futurorum; ergo prior est &c.

XXV. Licet autem Verbum absolute non procedat ex cognitione futurorum; ex suppositione tamen quod futura, quae modo sunt, fuerint ab aeterno voluta a Deo, & cognita, debet ea Verbum de facto representare. Quia tamen haec suppositio est omnino contingens, & supponens Verbum jam productum; ideo per se loquendo, nec Verbum procedit ex cognitione illorum, quia processio Verbi, quae ex omni parte est necessaria, non potest per se procedere ab eo, quod est absolute contingens, immo & posterius ipso: Nec Verbum debet per se absolute manifestare ea, sine quibus absolute sua manifestatio integra permaneret.

XXVI. Ex dictis colligitur, omnia, quae in parte de processione Verbi dicta sunt, applicari posse processioni Spiritus Sancti. Sicut enim Verbum procedere diximus ex cognitione omnium, quae formaliter in Deo sunt, quia procedit ex cognitione comprehensiva: ita Spiritus Sanctus, cum procedat ex amore comprehensivo, procedit ex amore omnium, quae formaliter in Deo sunt. An vero, sicut Verbum proce-

dit ex cognitione possibilium; ita Spiritus sanctus procedat ex amore illorum: resolutio, ut supra diximus, pendet ex questione, an possibilia sint amabilia. Si enim ponatur amabilia, ut nos ponimus, Spiritus sanctus ex amore eorum procedet; si vero non ponatur, non procedet. Ex amore autem futurorum Spiritus sanctus per se non procedit, sicut nec Verbum (ut diximus), ex cognitione illorum per se procedit.

QUESTIO VI.

De Persona Spiritus sancti.

Tertia Persona Sanctissimae Trinitatis vocatur Spiritus sanctus. Dicitur Amor, quia per amorem procedit. Dicitur etiam Donum. Tum quia donum est proprium amoris, nam amando aliquem volumus ei bonum. Tum quia amor est principium omnium donorum: dona enim aliquibus conferimus, quia eos diligimus. Licet autem haec nomina Spiritus, Amor, Donum grammaticaliter non sint nomina relativa, ut sunt ista Pater, Filius; secundum tamen sententiam Ecclesiae pro relativo accipiuntur, in quantum accomodantur ad significandum Personam ab aliis Spiritam, amorem; seu impulsionem procedentem, & donum, seu datum quatenus dicit relationem ad tantem. De hoc agit S. Th. 1. 2. q. 36. art. 1. q. 37. art. 1. q. 38. art. 1. ad quem Studiosius remittit. De Spiritus sancti processione, ejusque principio agemus.

DUBIA I.

An Spiritus Sanctus procedat a Patre, & Filio.

S. I.

Error Graecorum.

I. Spiritum sanctum procedere a solo Patre celebris ac palmaris error fuit Graecorum, & quasi character, quo a Latinis discernuntur.

Non conveniunt Historici, & Eruditi in assignando ejus primo auctore. Macedonio quidam illum assignunt, moti quadam Epistola Justiniani Scitiae Episcopi ad Petrum Episcopum Antiochenum, quae legitur in Quinta Synodo Generali, ubi haec sunt verba: *Macedonius spiritus a Patre solo spiritum sanctum: Sed (ait Frassen p. 1. de Spiritu Sancto) Quidam veteri doctissimi pro Verbo per legendum putant separata: idque valde congruit errori Macedonii, qui cum Spiritus sancti divinitatem negaret, negabat partem ejus cum Patre consubstantialitatem; adeoque illum a Patre divellebat, & separabat. Cui & ego assentior. Nam praeterquam quod, evolventi mihi acta Quintae Synodi, praefatum Justiniani Epistolam reperire non contigit; nullus, qui de Macedonio, quodque erroribus scripserit, unquam memoravit, eum sentisse, Spiritum sanctum a solo Patre procedere.*

II. Alii propterea hujus erroris primum Auctorem faciunt Nestorium, alterum Episcopum Constantinopolitanum, quem palmaris error de duabus in Christo Personis ejus Auctor existit, notissimum facti. Ita inter ceteros Cabasutius in sua *Naxosia Concilio*. Ad hoc ascendendum movendum, quia Theodoretus Nestorianus factiosus homo, factus Cyri Episcopus circa annum 530. in consuetudine duodecim Capitulorum, quae Cyrillus Alexandrinus ediderat adversus Nestorium, impugnavit nonnum Capitulum, seu anathematismum, ubi Cyrillus dixerat: *Spiritum sanctum proprium esse Filii: reponit Theodoretus: Proprium Spiritum Filii, sequendum ut ipsam naturam a Patre procedentem dicitur, sicut & nos confitemur. Si vero nunquam ex Filio, sed per Filium suam habere existentiam, & essentiam dicit, id est blasphemiam, & impium dicimus. Ita Theodoretus. Ex quibus sic discurrunt. Theodoretus Nestorianus erat: cum haec scripsisset docuit, Spiritum sanctum a solo Patre procedere, & Cyrillum velut oppositum sententiam damnari; ergo hoc ideo, quia Nestorius ejus Magister ita tum docuerat. Sed malum est hanc illationem nemo non videt. Nam Theodoretus, etsi tunc Nestorianus in palmari ejus errore de duabus in Christo personis, potuit de suo errori errorem addere, negando processionem Spiritus sancti a Filio, quamvis Nestorius ejus Magister id non negaret. Cui omnes historici fidem facere videntur, qui recentenses Nestorii errores, de processione Spiritus sancti a solo Patre, nec verbum faciunt.*

III. Probabilior ergo, & verior opinio est, primum, qui hunc errorem de processione Spiritus sancti a solo Patre, & non a Filio concepit, & peperit, fuisse Theodoretum ipsum, in Concilio Ephesino cum Nestorio damnatum. Qui tamen paulo post resipiscens, ut ex litteris ejus ad Anatolium Patricium, ad Nomen Consulem, ad Eusebium Anycranum, & alios ejus prioris sententia summo omnium placuit in Concilio Chalcedonensi Catholicis proclamata fuit anno 451. & haereticus de processione Spiritus sancti a solo Patre, supra remansit.

IV. Quo vero tempore fuerit primum excitata non plene constat. Volunt quidam, eam dormisse usque ad annum 675. quo tempore, nescientia quibus, fuit revocata in lucem, iterumque compressa in Concilio Angliano anno 679. sed absque solido fundamento; illud enim Concilium fuit convocatum ad haereticos Monachos; illud enim Concilium fuit convocatum ad haereticos Monachos, & Eutichetis extrinsecos, quibus Anglia tunc infestabatur, & Eutichetis extrinsecos, quibus negat sancti Spiritus processionem etiam a Filio: Verum quidem est in confessione fidei aesi *Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & Filio*: sed hoc non ideo, quia haec veritas tunc ab aliquo negatur. Nam etiam in eo editur confessio Trinitatis, & con-

& consubstantialitatis Filii, quae tunc non impugnabatur. Mens ergo illius Concilii non fuit praeter Eutichetis, & Monothelitarum alias haereses tunc grassantes: sed solum veritates a quinq. Conciliis Universalibus, & aliis orthodoxis Patribus statuas suscipere, & venerari; ut ex titulo praefati Concilii apparet.

V. Alii propterea suspicantur, errorem hunc evigilasse anno 767. & colligunt ex Concilio Gentiliensis sub Pipino Rege eodem anno celebrato; ubi (Adone Viennensi in Chronico) praeter questionem de Imaginibus fingendis, pingendive in Ecclesia, agitata fuit quoque altera, utrum Spiritus Sanctus, sicut procedit a Patre, ita etiam procedat a Filio: & hoc ideo, quia sicut Latini exprobrabant Graecis, quod, faustum Constantiniano Conpropono, Imagines despicerent: ita Graeci improverant Latinis, quod ad Symbolum vocam *Filio* ei adjectissent. Verum iterum tractari anno 809. sub Carolo Magno in Synodo Aquigranti; ubi (eodem Adone referente) excitata in Synodo a quadam Joanne Monacho controversia de processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, statum est, Legatos mittere Romam ad Leonem III. ad quem Carolus ipse Episcopus, quia sua fides continebatur, direxit; ut Tom. 4. Concil. Harduin. Col. 970. &c.

VI. Haec probabiliter dicuntur. Quamvis autem aliqui suspicentur in praefatis duobus Conciliis agitatam potius fuisse controversiam de additione ad symbolum illius particulae *Filioque* (quam Galli addiderant, Romani vero non) quam de processione Spiritus Sancti a Patre & Filio; ut ex collatione Romae habita inter Legatos Caroli, & Papam videtur apparere. Probabilis tamen existimo, in eisdem praefatis Conciliis adum quos fuisse de veritate processionis Spiritus Sancti etiam a Filio: quae oppositum jam pridem excitaverat (si Adoni credimus) quidam Joannes Monachus, & Carolus Magnus in sua Epistola ad Leonem III. non de additione particulae *Filioque* tantum, sed magis de veritate processionis Spiritus Sancti etiam a Filio dilucere agit. Ex Constantiniano Conproponym, ex quo ab Ecclesia Latina ob imaginum contemptum damnatus fuit, ne dum de additione particulae, sed de ipsa processione Spiritus Sancti a Filio licet existisse credendum est.

VII. Quisnam vero fuerit Joannes Monachus, qui (scribente Adone) Ierosolymis errorem de Spiritu Sancti a solo Patre processionem excitavit, & Carolo Magno occasione dedit Concilium Aquigrante convocandi, & Romanam Ecclesiam consulendi; Varii tunc Eruditi in eo statuendo. Pithaeus, & Vossius suspicantur, fuisse Joannem Damascenum Sanctissimum illum, & eruditissimum Monachum, cujus opera pietatis, ac doctrinae plena sub oculis habemus: ab hac tamen nota cum liberant multi, & vixissime nosser Pater le Quien in suis dissertationibus Damascenicis *differt. 1. n. 16. ubi ostendit, Joannem Damascenum praefatorum tumuluum, qui Ierosolymis excitati fuerunt, auctorem esse non potuisse, hac praefertim ratione: Quia haec omnia, quorum occasione celebratum fuit Concilium Aquigrante, contigerunt annis 788. 809. & 810. sub Leone III. polleente Caroli Magni temporibus: Joannes vero Damascenus obierat ante septimum Synodum, quae anno Christi 787. celebrata est, sedente Adriano Leonis III. Praedecessore. Quod autem fensit Damascenus de processione Spiritus Sancti, dicemus infra.*

VIII. Porro, etsi apud Graecos error iste quovis tempore aliquem habuerit Patronum; solum tamen aperte prodit in publicum anno 863. auctore Photio. Is enim in odium Latinarum, eo quod a Constantinopolitana Sede (quam invaserat) per Nicolaum Papam dejectus fuisset, Ignatio legitimo Episcopo restituto, classicum pertinacis furore canere cepit, data Epistola ad Orientis Patriarchas; quae Latinarum dogma de Spiritu Sancti processione etiam a Filio, & alia disciplinae capita acriter perstringebat. Adeoque prevaluit in animis Graecorum fuerent hominis persuasio, ut omnes ad se traxerit, tantaque pertinacia firmaverit; ut ex tunc omnes in neganda Spiritus Sancti processione a Filio conspiraverint: hocque velut publicam testem habuerint, quia a Latinis seinderent, ac se diro Schismate separarent.

IX. Post Photii mortem pluries concordia tentata, pluries Latinos inter & Graecos de hac questione conventum est, pluries inita pax, & concordia: sed toties a Graecis violata, adeoque inconstantes fuerunt; ut teste Hosio lib. de Sacerdot. Conjugio, & lib. de Communi, sub utraque specie: *Dei, & quae ad Ecclesia graecorum referuntur, & ceteris se abdicaverint.* Hoc maxime visum est contempsisse (omissis aliis) in Concilio Lugdunensi anno 1274. sub Gregorio X. ubi Graeci, jurato errore, in concordiam cum Latinis redire, Michaele Paleologo ipsi imperante, ejusque nomine Georgius Arcopolita, & Magnus Logotheta Romanam fidem professus est: & fides de Spiritu Sancti processione a Patre, Filioque Constitutione Synodica his verbis ad perpetuum rei memoriam esserta est: *Fideli non deo in Professioe sumemus, quod Spiritus Sanctus aequaliter ex Patre, & Filio, non nunquam ex duobus principiis, sed nunquam ex uno principio, non duobus spirationibus sed una spiratione procedit. Verum non diu post, ad sua reverti tot turbas in Oriente excitavit, ut Imperator ipse suae exactionis periculum timens, visus fuit tumultuantibus patrocinio esse: quamvis revera ad obitum usque pro unione eum testif. adeo certum fuerit Graecis; ut propugnari tamquam novatoris, & falsorum dogmatum promulgatoris, nulla Ecclesiastica sepultura nec Graeci, nec Filiius ejus Andronicus Imperator heres, cohonestare dignati sint. Quare suscepto Imperio, Fidel Romanæ, & Unionis, cui olim cum patre subscri-*

psceat, se apertum hostiam professus, Pseudosynodum Schismaticorum Praefatorum, & Monachorum convocavit, pulso Sede Constantinopolitana Joanne Vecco, & Gregorio Cyprio intruso: In qua Synodo Lugdunenfe Concilium confixum est; & Ecclesiarum conjunctio, & fides ibi statuta, improbat; & penitus rescissa est. De quo videri potest Leo Allatus *Lit. 4. de perpetua confessione cap. 15.*

X. Annus tandem 1439. visus fuit huic obstinato diffidio optatum finem attulisse; cum Joanne Paleologo Imperante multis disputationibus habitis, tum Ferrariae, tum Florentiae (quo translato Concilio, Florentinum nuncupatum fuit) Graeci tandem victis manus dederunt, & in Latinorum sententiam concesserunt. Die enim 6. Julii anni praefati, post solemne Sacrum ab Eugenio IV. Romano Pontifice celebratum, lecta definitio est, ipso Imperatore, & Ecclesiae utriusque Episcopis, & Abbatibus praesentibus, approbantibus, & subscribentibus; quae haec fides veritas ab omnibus Christianis credenda, & suscipienda declaratur: *Quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio aequaliter est, & essentiam suam, suamque aequaliter, nunquam ab uno principio, & unica spiratione procedit. Secundo explicationem verborum illarum Filioque, veritas declaranda synodica, & imminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* His utriusque Ecclesiae consensu solemniter firmatis, perpetuam fore in posterum cum Graecis pacem sperabatur. Verum in Orientem reduces, instigante maxime Marco Ephesio, qui solus subscribere recusaverat Florentinae definitioni, res in pejor ruere coeperunt: donec jurati foederis oblitum ad vomitum turpissime reversi, errores praefatos resumpserunt, in quibus continuaverunt, & in praesens adhuc perseverant.

Oportuit hic aliquantisper immorari, ut noverit Studiosius, quanti hanc questionem fecerit Ecclesia, & quanta diligentia tractanda sit, ut appareat, quam fundate Ecclesia Latina pro ea semper decessaverit, & quam irrationabiliter Graeca Ecclesia ei contradixerit, & adhuc contradicat.

S. II.

Spiritus Sancti a Patre, & Filio processio ex Scripturis.

XI. Deo, Spiritus Sanctus a Patre, & Filio procedit. Hanc Catholicam veritatem docuit nos Christus ipse Jo. 15. v. 26. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Etc. 16. v. 7. *Si enim non abiero, Paraclitus non venit ad vos; si autem abiero mittam eum ad vos.* Quibus verbis Christus Filius Dei promittit, se missurum Spiritum Sanctum: sed Persona divina mitti non potest, nisi ab ea, a qua procedit: Cum missiones divinarum Personarum, non secundum imperium, aut consilium, sed secundum emanationem, & originem accipiende sint, sic superius ostendimus in praefati Tractatu q. 4. dub. 3. s. 5. Unde Pater, qui a nulla Persona procedit, a nulla mittitur: ergo &c.

Hinc Aug. lib. 4. de Trin. c. 20. *Ab illo inquit mittitur, a quo emanat.* Et post multa subiungit: *sed Pater, cum ex tempore a quoque cognoscitur, non dicitur missus: non enim habet, de quo sit, aut ex quo procedat.* Et rationem assignat: quia mitti ab aliquo ex divinis Personis est cognosci, quod ab illa procedat.

XXII. Novi, Graecos respondere, Scripturæ verba, quibus asseritur, Spiritum Sanctum a Filio mitti, intelligenda esse, non quidem de ipsi Spiritus Sancti Persona, sed de donis, quae per quamdam appropriationem tribuuntur Spiritui Sancto. Sed haec responsio violenta est. Primo. Nam Christus dicit, se missurum Spiritum a Patre, & qui a Patre procedit: sed Spiritus qui a Patre venit, & procedit, est Persona, non sola dona; ergo &c. alius Persona Spiritus nec a Patre procederet. Secundo Spiritus, quem promittit Christus, ab eo mittendus est, & venturus; mittam eum ad vos: vultis ad vos: sed mittere & venire dicuntur de Persona, nec nisi valde improprie dici potest de effectu: hic enim potius dicitur, & communicari dicitur; ergo &c.

XIII. Tertio. Spiritum, quem se missurum pollicebatur, vocat Spiritum suum, *Spiritum veritatis*, id est Filii: quem Paulus, Gal. 4. v. 6. *misit* (inquit) *Spiritum Filii sui in corda vestra: quem Apostolus insufflando dedit; Jo. 10. v. 22. accipite Spiritum Sanctum: sed his omnibus significari vult, Personam Spiritus Sancti a se ipso procedere; ergo &c. Min. prob. Si enim dum Filius dicitur Verbum Patris, significatur, Verbum esse a Patre; cur dum Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Veritatis, Spiritus Filii, non dicitur a Filio procedere? Rursus: eundem Spiritum insufflando dedit, quem postea in ma in die Pentecostes misit: sed Spiritum Sanctum, non tantum donum in die Pentecostes misit; ergo &c. Praeterea: Joann. 15. v. 26. ait: *Quom ego mittam vobis a Patre, & ceteris.* Et 15. v. 26. *quem mittet Pater in nomine meo: Eum ergo significat se mittere a Patre, quem mittit Pater, sed Pater mittit, quia a se procedit; ergo &c. Christus dicens, se Spiritum mittere, significat, eum se mittere, quia a se procedit. Tandem, se missurum dicit Spiritum Sanctum, eo modo, quo antea non fuerat datus Joann. 7. v. 39. *Nondum enim erat Spiritus datus; quia Jesus nondum erat glorificatus: sed quantum ad dona jam fuerat datus, Prophetae, alique viris Sanctis; ergo alio specialiori modo significabat, se post suam Ascensionem Spiritum daturum.***

XIV. Omnia haec sumpta sunt ex S. Augustino lib. 4. de Trin. cap. 20. *Sicut* (inquit) *Spiritus Sanctus datus Dei, esse est a Patre procedere; ita mitti esse cognosci, quia ab illo procedit. Nec possumus dicere, quod Spiritus Sanctus, & a Filio*